

tam activa quam passiva, quam non tantum legem perfectè pro nobis implevit in omnibus apicibus, quam nos præstare & servare non poteramus, sed etiam pœnas peccato debitas sponte subiit, & in proprio corpore sustinuit: huic autem merito infiniti valoris & luxuriae perfectissimo, humana velle addere merita, nihil aliud esset, quam vesti cuidam pulcherrimæ & preciosissime sordidos panniculos assuere, ac debitum Christo honorem detrahere: Tantum enim merito Christi derogatur, quantum operibus arrogatur.

2.

Christi luxuriae
& bona opera
sunt opposita

XLIII. Hinc etiam sacra scriptura justificationem per Christum, & Legem atq; illius opera semper sibi invicem opponit, & his amotis uni Christo luxuriae, redemtionem, satisfactionem & meritum, in solidum ascribit, Actor. 13. v. 38. Gal. 2. v. 21. & c. 5. v. 2. Quicunq; igitur hac meritoria Christi obedientia spretâ & posthabita, propria sibi merita fabricare, ijsq; in conspectu DEI justificari volunt; illi omni conatu suo nihil aliud agunt, quam ut seipso vanâ operum fiducia, salutis aeterna communione privent, & in presentissimum animæ atq; corporis exitium coniiciant.

XLVI. Ac sane, quâ ratione ad eam Bona opera evenherentur dignitatem & eminentiam, ut justiciam ac salutem aeternam, coram DEO mereri dicerentur? cum tamen requisitis & conditionibus meriti verè & propriè ita dicti, nullâ omnino ex parte respondeant, sed ab ijs absint quam longissime.

Conditiones
& requisita
meriti.

XLV. In omni enim merito, si ullius saltus valoris atq; ponderis esse debeat, haec potissimum Conditiones attendæ veniunt, ut nimirum, Opus meritorium sit perfectum & omnibus numeris absolutum: ut non sit antea debitum & à nobis requisitum; ut reverâ nostrum sit, & ex